

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

De duabus affectuum radicibus, voluptate & dolore, & ratione mouendi.  
Capvt VI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

coagumentauit Deus, & sumus (opinor) monstrum Hydra prodigiosius, pluribusque capitibus præditum: quæ varietas, siue à qualitate animæ, siue ab aetatis, siue ab humoribus corporis profluat, haud leuiter consideranda est.

II. Educatio, & consuetudo vitæ, altera profusa, &c, ut ait D. Augustinus, *affabricata natura*, quam consequitur obfirmata de rebus opinio, ad affectus, vel suscipiendo, vel repudiando incredibilem vim obtinet. Difficile est contra torrentem niti, & inueteratas longo temporum curriculo consuetudines euelle. Contra, facilium est ad ea homines impellere, quibus prima educationis cunabula assecuerunt. Spartanum sudori innutritum, & pulueri, ægre ad orium literarum compelles. Atticum Philologum libris imminiculum, haud facile in solem, & puluerem pertrahe. Ut pisces aquâ, sic familiarissimis quaque rebus, quasi propriorum elemento, delectantur. Quâquam si peruersa est consuetudo, non temper edendum est, sed eo summis obliuctandum, quo expugnatur difficultus. Sic D. Cyprianus in desideris Christianos, qui vim præua obtendebant consuetudinis. *Conuersatio* (inquit) *sine veritate, vetustas erroris est.*

*Cyprian. ad Pomp.*

*Atius, & tonatio.*  
*Phil. i. Allegor.*

Tertio loco sexus, ætas, conditio, perpendenda, atque examinanda sunt. Fœmina, quâ Philo cum appetitu comparat, plerunque affectus suscipit facilius, tenacius seruat, difficilis deponit, atque ejicit, rationibus oblucetur, res semel apprehensas, ob ingenij imbecilitatem, obfirmata fouet pertinacia.

Pueri, voluptarijs sensibus maximè titillantur. Iuuenes ad iras, & gaudia proniiores sunt: Senes difficultius mouentur. Adhæc conditio, & yta studia, vchementes habent in hanc, aut illam partem emisiones.

*Habitus corporis, & confluentio.*

Potremo habitu corporis, ex Physiognomia considerata, indolis speciem præfert: iuuat, & ipsa quoque constitutio, cum præseruimus alijs affectus sine sanorum, alijs ægrotantum, & nonnulli certis temporibus, & horis turbentur, quò sit, ut omnia circumstantiarum momenta, maturè discutienda sint, & ad personas diligenter accommodanda.

Apud doctos istos, & politicos viros, non sunt adhibendi molles & teneri affectus, vel etiam dolore incensi, ne solus vi toris inter frigidos, ac quiescos furie, & bacchari. Licuit Marco Tullio in Milioniana, apud populum, qui tunc his capiebatur illecebris, flebiles illos,

quos scimus affectus miscere. Apud viros graves, in curia, hoc præseruimus veneratorio facculo, si idem facere coneris, risum magis, quam lachrymas excitabis. Affectus potius sit, actimonia, & viuidi doloris, si quando adhæbendus est, quam inclinati, & v'lantis. Apud feros agrestes, & stupidos, si suaves, & lacrimabiles affectus, etiam numero profundas, idem facias, ac si apud tigres citharam pulsas, aut immanes balænas acu pungere, atque excitare velis. His voce, hic latribus, hic vasta quadam iracundia opus est. *Evt ipsa Pontem indignari videatur oratio.* [Soli animi simplices, & adhuc rerum rudes, profusiores illas miserationes lubenter admittunt, grauioribus vero iracundiae motibus, lus æquo cōsternantur.

#### De duabus affectuum radicibus, voluptate & dolore, & ratione mouendi.

#### CAPUT VI.

Qui solent in quotidianis orationibus occurrere, frequentius affectus sunt voluptatis, miserationis, doloris, & iracundia. Voluptas, & lætitia, floridas exornatiui generis orationes comitantur, in iudicijs, plerumque miserationes regnant, & iracundia.

Dubios autem modis comparatur *voluptas, verbis, & rebus. Res eae delectant auditores, quibus ipsi innutriri solent, & habent aliquod cum eorum natura commercium:* Et ita graues exsculptis sententijs, probi exemplis virtutum, studiosi arcans artij, quas tractant, quoad fieri poterit, pascendi sunt. Omnes, quantum occurret, rebus magnis, admirabilibus, insolitis excitandi: adhibenda quoque oratio lenis, mollis, sonora, numerosa, florida, varia, succulenta, carna- sa, arguta, læta; & cum res occurrit, sermo festiuitatis leporibus aspergendus, quibus multum voluptatis conciliare solent oratores. Satis quidem humana natura ad risus, *Ridicula in & delectationes prompta est, nec multum in motibus eo genere stimulanda:* Ne quæ debet esse *lætitia tem.* grauitas oratoris, in securilem quandam di- *perantia.* cxitatem degeneret. Permituntur oratori- bus ridicula nonnumquam, quibus tamen in-

Zz 2 star

star Comicorum abuti minimè debent, sed omnia prudentia & honestatis sale condire.

Cicerio in  
Orat.

Loonis fa-  
scinū dictū.  
Philost. in  
Loone.

Aethiop. I.:

Talis in Lucio Crasso oratore urbanitas fuit, & cum grauitate iunctus faciarum oratorius non scurtilis lepos, quem plurimum Cicero commendat. Nec minoris apud Graecos nominis fuit Leo Byzantius, auditor Platonis, & Sophista nobilis, qui vno urbanitatis dicto apud Philippum Regem confecit, quod Demosthenes longa oratione apud Athenienses frustra tentauit. Philippo, enim contra Byzantium venienti festinus occurrens. Dic age, inquit, Philippe quæ te caussa trahit oppugnatum nostra mœnia? At ille, amor, inquit, tuae patriæ, qua ut potius veni. Leo excipiēs, qui respondit, non instrumento bellico, sed musico amantibus opus est, quo dicto, ducem a bello. Byzantino auctorit. Orationis vero molis, & vernantis ad hos sensus accommodata, iucunditas, blandissimè mulcet pectora. Qualis est ista. Ηγέτε μὲν γαρ ἐπ' μάχης ἀπὸ σωμάτῳ φεύγεις βοῶν ὄχυρέν, χαλκάνα τὸ ἀλεύγον πόδινον χρυσᾶς ἀπίστημα λάπασον ἡμφίεσθαι. Ζωὴν δὲ πετεῖται τοῖς σέρνοις ἐν ἀτεχνοῖ μενος εἰς ἑκάτην τὸ πάντα τὸν τεχνην καλέχεσθαι, & ceteræ similes orationis deliciae, quæ sine villo externarum rerum apparatu suapte natura delectant.

#### De dolore & miseratione in genere.

Et quibus moueantur rebus, sintne ex-  
ternæ species, præter orationem.  
adhibendæ.

#### CAPUT VII.

**P**rimum ut affectiones sunt permotiones sensuum, ea in mouendis affectibus sunt proponenda, quæ sensibus vicina sunt. Quia de causa res vniuersales (ut notat Aristoteles) minime voluntatem mouent, nec dialectici sunt ad motus eliciendos apti, nec ad coldem suscipiendos parati, qui plus intelligentiae & speculationi tribuunt, quam sensibus, persuaderi quidem possunt, motibus vero, & affectionibus inardescere difficultius possunt. Mens enim ex arce tantisper e-hocanda, ut corum ardore inflametur. Atque

Ea in moti-  
bus propo-  
nenda, quæ  
ad sensum  
magis acce-  
dunt.  
Species  
oculis obla-

vt oculorum sensus omnium acerrimus est, te ad misericordiam oculis subiectiuntur, validius irritant efficiens animos, quam qua demissas per aures influunt. Misérabilis quidem fuit, in laudatione in oratione Cæsaris, Marci Antonij Epicedium. *Heu vestrum laceram! Jari. Cæsar invictissime, invictissime. Cæsar!* Hanc vestem ideo togam sumperas, ut in ea morereris. Verum anima istorum verborum fuit vestris cruenta ante oculos Populi Romani, explicata, hæc vel infantem fecisset eloquentem. Hoc consilio nudata etiam sapissimè militum, ad ostendendas cicatrices, corpora, prolati ipsorum, qui periclitabantur parentes squalidi, filii parui, morentes, vxores luctu, confectæ; quarum rerum, inquit Quintilianus, ingens pierunque vis est, in rem praesentem animos decantum.

Seditionem Romæ inter plebem, ac milites excitatam, in qua permultum sanguinis effusum erat, senior Pupienus Imperator, non oratione, non imperij maiestate frænare potuit. Quamprimum autem infantulum Gordanum seditionis ostendit, vim omnem, atque infensorum pectorum furias mitigavit.

Similiter Gregorius IX. cum populum Fulgo*l.S.* Romanum inclinare in partes Friderici certaveret, Apostolorum Petri, & Pauli capitale, Gregorius ligiosissimis inanibus deportans, & lachrymabili ad placuisse sanctorum reliquias populo commendans, ita de repente omnium animos immutauit, ut qui ante rebellis in Pontificem animo faverant, contra Fridericum vitro arma ceperint. Non dispati ratione Franciscus Danielius, ad deprecandam suæ reipublicæ culnibus deputandum, aucterendumque anathematis fulmen, portans Clementini V. missus catena ferrea collo intinctus, ita quod ad Pontificis pedes protulatus, Sabellius. eo miseratione commoto, veniam impetravit, & patria fuliginem deterret.

At dices, si tantum momenti ad mouendos affectus in corporeis imaginibus, ob oculos positis situm est, atque collocarum: quorsum Fabius Quintilianus oratoris consilium irrideret, qui depicting tabulam statuit in imaginem rei, cuius atrocitate index commodus erat. Quæ enim est (inquit) Actoris infantia, qui mutam illam effigiem magis, quæ orationem profiteatur loquuturam. Respondeo, Specie ex præclaram fuisse Quintiliani animaduersi- terna nimis onem: Et si enim gladius, & cruenta vestis, apparatus & suppliciorum tormenta, & cicatrices, moniti, & filii